Cracoviensis Studior. Univ. Jag.
Promotio Ord. Philos.
1646. 22 martii

Niedzwiatkowic Andreae: Decas Epigrammatum quam integerrimis decem viris secundae laureae licentiatis — consecravit.

(MDCXLVI)

DECAS EPIGRAMMATUM

QUAM

Integerrimis decem Viris Secundæ Laureæ Licentiatis, dum Artium Magistri, & Philosophiæ Doctores

PER

Excellentissimum Dominum,

D. M. MARTINUM RADYMINSKI,

COLLEGAM MINOREM &c. &c.

Ritu solenni in frequentissimo Illustrium hospitum confluxu renuntiarentur

Honoris & amoris ergô

ANDREAS NIEDZIALKOWIC

eiusdem Laureæ Licentiatus concinnavit


SUB ANNUM ÆRÆ CHRISTIANÆ

sarMata DeCertans eXoLVet rostra tonantIs:

Mater Da preCor & seXLege serta tVIs.

CRACOVIÆ, *Typis Valeriani Piatkowski.*

In Stemma
PERANTIQVVM DOMVS OBOR-SCIANAE.



QVIS te firma iubet referas mihi ſtare Columna?
Me virtus inquit candida ſtare iubet.
Effecit quis te mihi fare corona virere?
Me virtus inquit clara virere facit
Ergo columna diu perſiſte corona vireto:
Clara precor claris nomina ferto viris.

Perillustr: & Adm: Rñdo Domino,

D. NICOLAO

DE OBORY

OBORSKI,

Canonico Cracouiensi,

Domino & Patrono Amplissimo

S. & P.

PRidem cęlo demissus meo in Musęo prę-stolabatur Pegasus, Perillustr: ac Admodum Rñde Dñe: qui vberrimos panegyrum, prȩeuntibus sibi alicuius occasionis quadrigis, Tibi gestiebat elicere latices. Ac eò quidem libentiùs, quò lynceis acutiùs lepidas in Tuo recubare Camœnas pectore obtutibus penetrabat. Ignosces tamen, vt opinor, Mecœnas amplissime, quod non victricibus Maiorum Tuorum cumulatus armis, non tęnijs, aut Mauortijs oneratus insignibus Tibi deponat encomia: quia hęc omnia in antiquissima Auorum Tuorum ęternùm perennare domo intellexit: Sed laureis decoratus Academicis se sistere in Tuum conspectum multò iucundissimum festinauit. Videt quippe gentilitij Tui splendoris decora, ita peren-

nare; vt nunquam alienis videantur indigere fulcimentis. Quid enim est aliud erecta, vsq; ad Triones Columna, nisi firmum patriç fulcimentum, Reipublicç stabilimentum? Quid Corona in prçcelso huius erismatis apice suspensa, nisi Ecclesiç decus, atq; ornamentum singulare? Obmutescant iam geminç fabulosi Herculis columnç, et desinant iactare: NON PLVS, VLTRA. Tua enim hçc non ob prçruptorum superata, et solo çquata montium cacumina; sed ob virtutum, quà domi, quà foris, quà bello, quà pace, quà priuatim, quà publicè, egregia monumenta est erecta: Quç nunquam aut Letheis Amnestiç absorberi fluctibus; aut vicissitudinum aboleri tempestatibus; aut circumscribi longè latèqué diffusis cancellis gloriæ potest. Hçc habes quç Tibi et Maioribus Tuis Sarmaticus in acie comparuit Mauors. At vbi suntquç Tibi Apollinea largita est Minerua? Parua loqui possum, sed stupore ingentia coluntur. Ipsa Serenissimorum Septemtrionis nostri Regum Academia Cracouień: in Tuas excurrat Panegyres. Ego nunc tibi cum Musis, quç lçtum applaudentes ad geminis insigniendos decemViros Laureis pçana personant, Pegasum remitto: Illç fautorem; hic protectorem; ego Patronum, vt experiar, summis animi mei precibus efflagito.

Datum in meo Musæo pridie nonas April.

Perillustr: & Adm: Rndæ D.D. T.

Cliens deuotus

Andreas Niedzialkowic,

Secundæ Laureæ Licen.

EPIGRAMMA.

V. D. Maximiliano Czarniecki.

Mathematicis diſciplinis dedito.

INter Hyperboreos fuerat lis facta Triones:
Quis nobis vnus rex foret Aſtra rogant?
Tunc ego, Carnecivs dixi vos aſtra gubernet:
Mens eius lites ſopiet arte malas.
Aſſenſere: tamen quare non nemo requiret
Aſtra regens, dixi Rex Ptolomæus erat.
Sidera qui rutili fuerat ſcrutatus Olympi:
Eripuit doctis ſplendida regna viris.
Quod regeret cælos fuit hic Rex: ſic quoq; cel
Aſtra reges dum Tu Rex eris: Ergo rege. (ſa

V. D. Ioanni Iaxan.

Mathematicis diſciplinis conſecrato.

Dum tu vis altos animo conſcendere cælos:
Hiccine pertinget ſidera? Momus ait.
Tamne poteſt paruꝰ ſublimes ſcãdere cælos
Quos potis eſt tantũ tangere ſolus Atlas.
Sic ego. Mome tace: neſcis quòd corpore
Ipſos ad cælos mẽte venire poteſt. (paruus
Sit licet iſte tuis oculis in corpore paruus:
Mente ſed excelsâ credito magnus erit

V. D. Adamo Slizowic Vadouienſi.

SÆcula maiorũ repetas retroacta virorum:
Vadouium memorãs ac imitare tuũ (orbe.
Quis fuit hic? Sapiens. Sed qualis? Clarus in
Quo? Studio: Magni quod ſtupuére ſophi.
Non dubites: fias quin talis in arte futurus.
Aſſiduus potis eſt omnia ferre labor.

Lechia Vadouio ſimilem te crede videbit
Si quoq; Vadouij Tu tolerabis onus.

V. D. Michàéli Domzał Cracouienſi.

MÆnia te magni Craci genùére Michàél:
Et tibi pro foculis Palladis vber erat.
Illa ſuis proprium cunis te geſſit alumnum:
Hæc tibi doctrinæ candida Mater erat.
Dic mihi: maiores quænā tulerit tibi fructus?
Quæ largis potuit Te cumulaſſe bonis?
Cracia dixiſti genitrix: Academia fautrix:
Cracia plus dederat. Cracia maior erit.
Non; dixi: maior Michàél tibi Cracia fiat
Eſt Academia iam. Cur? quia Pallas erat.

V. D. Simoni Olewicki.

ROxolana veni Pallas: manibuſq; prehende:
Myrthos; & Lauris cinge Minerua comas.

Ignó-

Ignoras? tuus hic Olewicki ſerta requirit
Laurea: cum Lauris ſacra Minerua veni.
Nõ veniã, nec (ait) Lauris volo cĩgere: Quare?
Nam ſibi Craciades Laurea ſerta ferunt.
Si venies, geminâq; voles hũc cingere lauru:
Fiet bis geminis candidus: Ergo veni.

V. D. Ioanni Godziemba.

APparet lepidas te pertractaſſe Camænas:
Nam lepidè nobis dicere cuncta potes.
Mercurius video Tibi iam ſua dona reliquit:
Dum vis largifluo promere docta penu.
Oceanũ Sophiæ luſtra; ſtudij pete Lymphas:
Eloquio ſtudeas: Biblia verte Sophûm.

V. D. Franciſco Ingliſz.

NObile Suada tibi voluit diffundere nectar;
Dulcius & dulci ſpargere melle melos.

Hæc-

Hęcce vidēs Pericles, mea dixit cōcipe verba:
Quêis homines ferias fulmina iunge mea.
Iungis; & extemplò depromis verba Periclis:
Quid mirum? quia nunc ora Periclis habes.
Ergo grauē lepido retinebis in ore Periclem:
Suauis verba tibi dulcia Suada dabit.

V. D. Simoni Campiano.

FLora ſuos voluit per cāpos ſpargere flores:
Pro calathis inquit, quis mihi Cāpus erit?
Campianus dixi quouis eſt cultior horto:
Amplus pro Calathis hic tibi campus erit.
Diſſiluit: florumq́; tulit iam Flora medullas:
Vultq; nouo flores ſpargere vere ſuos.
Deſine: Pallas ait Campis his ſpargere flores:
Malo meos Sophiæ ſpargere Pallas ait.
Quid mirū quod eos geminæ ſic ſpargere vel-
Cāpianus cāpus, Floraq́; Pallas erat. (lent?

V. D. Stanislao Frankowic Dialogiſmus cum Pòéta.

P. Quid nunc expectas mihi dic à Pallade?
S. Lauros.
P. Quas doceas artes? S. Eloquium, σοφιαν,
P. Quos legat eloquij tua lingua duces?
S. Cicerones.
P. Quos ſcrutere σοφιασ artis? S. Ariſtoteles.
P. Quomodo pertractes dic cuncta? S. Legendo, notando.
P. Quomodo ſed teneas hæc? S. Reuocando mihi.
P. Non mirere; quod (hæc ſcribendo legendo) futurus
Ipſe breui Cicero ſis, & Ariſtoteles.

V. D. Andreæ Bohemio.

Mathematicis diſciplinis deuoto.

Dum

Dum Phœbi rapidos perquiris mēte iugales:
  Terra, Mathematices quid tibi cultor, ait.
Nū potis eſt corpꝰ ſuperas volitare per auras?
  Non corpus dixi ſpiritus alta petit.
Spiritus ergo tuos inquit dum deſerit artus:
  Num viuum corpus triſte cadauer erit?
Non; dixi, felix regnabit corpore vita;
  Dum σοφίαν ſibi pro mente Minerua dabit.

Maximilianus Czarniecki.
AD AVTHOREM.

Dum noſtras lepido depingis carmine laudes:
Diuitis ingenij nobile pingis opus.
Hinc tua iam virtus prenſat generoſa coloſſos:
Et iam Laurigeræ præmia frontis habes.
Iure vtrumq́ capis ſed poſthac fætibus aucto
Ingenio, meritum quis ſtephanoma dabit?

IN STEMMA ACADEMICVM
Dialogismus Pöétæ cum Alma
Matre Academia Crac.



P. *Tu quis es ô felix Academia?* A. *Filia Regum:*
P. *Quid dederunt Tibi pro Stemmate?* A. *Sceptra duo.*
P. *Nomina quæ legis?* A. *Alma legor.* P. *Cur Alma legari*
A. *Nam MATER studij VIRGOq́; Casta vocor.*
P. *Cur MATREM vocitant?* A. *Doctos quia profero nato*
P. *Quod sis, VIRGO vocant; Cur?* A. *quia serta fero.*
P. *Ergo diu vigeas Magnorum Filia Regum*
Sceptra tene MATER; Stemmata VIRGO para.

SVB FELICIBVS AVSPICIIS

Clarißimi ac Magnifici Domini,

D. LAVRENTII SMIESZKOWIC,

Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris, ac Profeſſoris Almæ Vniuerſitatis Cracouien:

PROCANCELLARII & RECTORIS

Vigilantiſſimi.